Magnifico et Illustri viro domino Petro Comiti in Regno Portugalie Frater Michael ordinis fratrum
Minorum Generalis Minister et servus Prosperitatis honoris et gratie felicia incrementa. Devotionem quam ad ordinem
nostrum geritis ob dei reverentiam ut accepi affectu sincere caritatis acceptans vicemque vobis non immerito acceptabilem fore
credens piis ipsam beneficiorum spiritualium vicissitudinibus compensari vos et consortem vestram ad universa et singula nostre
Religionis suffragia in vita recipio pariter in morte plenam vobis participationem bonorum omnium tenore presentium con
cedendo que per fratres meos ubicumque terrarum morantes operari dignabitur clementia salvatoris. Adiciens de gratia spe
ciali ut cum placuerit domino de miseria presentis exilii ad patriam vos vocare vestrique obitus nostro fuerit generali ca
pitulo nuntiatus idem pro vobis officium fiat quod pro devotis et familiaribus nostris defunctis recitatis ibidem
annuatim per totum ordinem fieri consuevit. Dat. Avinion. iiij. kls. Augusti anno domini M°. CCC°. xvij

17/23
1317-7-30

GOBIERNO DE ARAGON